



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

IV. De Virginibus velandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

CAPUT IV.

De Virginibus velandis.

477. *Discrimen ab antiquo inter Velationem Virginum, & Viduarum: ubi curiosa, de velo.*

478. *Exploratio voluntatis Puellarum tum ante susceptionem habitus; tum ante professionem.*

477. **V**estem professionis jam ab antiquo specialem fuisse, plura Conciliorum & PP. loca nos docent, etiam in viduis sexagenariis per professionem castitatis ad certum quendam gradum seu statum admissis cum eo tamen discrimine, quod velamen viduarum, consulto quidem Episcopo, at de altari conversationis sacrae, non de illius manu, ab illis plerumque acceptum fuerit; virgines è contrà, in signum castae desponsationis cum CHRISTO, de manu Episcopi aut Presbyteri, tantquam Vicarii, & nomine CHRISTI, illud

A a

552
illud recipiant, singularibusque cere-
moniis consecrentur. Cujus veli du-
rationes afferuntur à Patribus, tum
quòd non amplius liberæ, sed Christo
devinctæ censeantur; tum ut tuta sine
recundia, Religiosæque vultus nec vi-
deri possit, nec videre: memorantibus
Tertulliano & S. Athanasio, quòd nulli
major olim Religiosæ Virgini conce-
melia inferri potuerit, quàm denudatio
Capitis, velo abstracto, à quo etiam il-
circò decor omnis abesse continuo de-
buit, ne ab aspectu pulchrioris velle-
sim procederet ad pulchritudinem
virginis velatæ rimandam.

4) 8. Hodie, post S. C. Tridentinum
speciali voluntatis puellarum DEO
candarum exploratione faciendâ ab
piscopo aut Ejus Generali in spiritibus
bus Vicario, vel alio sumptibus eorum
deputando, opus est, qui tam ante
sceptionem habitûs, quàm ante profes-
sionem, exploret virginis voluntatem
S. C. Trident. *ses. 25. Regular. 6. 17.*

cratem ferream ; vel ex iusta causa (si
 nimirum adesset suspicio subornatio-
 nis) in Ecclesia exteriori: *an coacta, vel
 seducta sit ? an sciat, quid agat ? an mo-
 dus vivendi claustraliter, illi sufficienter
 expositus fuerit ? an substantialia sui or-
 dinis noverit? maxime circa votum pau-
 peratis &c.* aliis quaestionibus ad hoc
 exaenam non pertinentibus ita remotis,
 ut puellae ne quidem ad eas respondere
 teneantur. Causam hujus Decreti Con-
 ciliaris refert Michaël Medina, qui De-
 creto huic interfuit, attentissimisque
 auribus suffragia omnium Episcoporum
 accepit, quod puellae saepius habitum
 invitae suscipiant : & ob pudorem, eo
 semel assumpto, regredi vereantur : aliae
 vero tametsi Religionem liberè subeant,
 vilis tamen austeritatibus ordinis, vel
 ob alia motiva desiderantes egredi, non
 raro timore parentum vel cognatorum,
 profiteantur invitae, nisi Episcopus, vel
 alius Ejus nomine libertatem ac desi-
 derium talis puellae exploret.

479. Episcopus censuris Ecclesiasticis, videl. suspensione ab officio, compellere potest Praefectam Monasterii, uno ante Professionem mense ceterum se faciat: cuius rei notitia habita Episcopus, vel Ejus Commissarius, intra viginti quinque dies Praefectura voluntatem explorare tenetur: quibus lapsis non amplius est admittendus, nisi per ta decisionem S. Congregationis, quae in Tamburinum de Jure Abbatis, minùs anticipare potest hoc ex officio instantiam illius, qui eam in usum perit; sed expectabit tempus à S. C. C. determinato praefixum.

480. Si voluntatem explorans, Praefectam non satis constantem reperit, minimum viginti circiter dierum etiam figet, intra quem Ipsa mature liberet, an votis substantialibus ordinem se perpetuò obstringere, quae si renuerit, ad domum Praefectae vel Consanguineorum, aut ad locum remittenda est, ut Campanis in

GA
30

ur. Canon. refert decisum. Cui tunc restituenda sunt omnia, quæ tempore ingressus in monasterium secum detulerat, ne vel minimo à Religiosis retento.

CAPUT V.

De Confessariis Ordinariis, & Extraordinariis Religiosorum.

481. Beneficium libertatis in electione Confessoriorum

482. De Confessariis Ordinariis & Extraordinariis

483. Omnes confiteri tenentur ordinario Confessario; Extraordinario vero presentare se saltem pro sacerdotali benedictione

484. Quomodo puniendi sint tales Confessarii, si delinquant; quoties mutandi; & quid observandum in constitutione ac approbatione Confessoriorum tempore Iubilei?

485. De Confessario infirmo.

486. **P**Ræcipua Episcopalis sollicitudinis pars est, ut Episcopus de Confessariis undequaque bonis prospiciat.